UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIV. de clericis pugnantibus in duello.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

TIT. XIV.

De Clericis pugnantibus in du[ello]

Sed & ſingulare certamen (a Latin[is D]*ellum*, quaſi duorum bellum, a G[ræcis] *Monomachia* appellatum) res eſt ill[icita], & homicidio ſubſerviens, pœniſque [ca]nonicis merito ſubjicitur.

1. *Quid igitur eſt Duellum?*

DUellum eſt ſingularis pugna, qu[am] quis ſponte alicui offert, vel ab a[lio] oblatam ſuſcipit, ad controverſiar[um] deciſionem, ad veritatis adſertion[em], & in defectum probationis adhiberi ſ[o]lita.

2. *Quotuplex eſt?*

Vide Farinac. conſil. crim. lib. 1. conſ. 9. n. 3. & ſeqq.

Aliud eſt *Solemne*, quod fit ſervata certa forma & ordine, habita loci ſecuritate (campum francum vulgo vocant) adhibitis patrinis, uti nuncupant, ac judice, qui cauſſas duelli audiat & exa[minet], aliiſque provocatoriis præmiſſ[is] ſolemnitatibus: aliud *Privatum*, qu[od] fit abſque ſolemnitatibus ex condicto ta[men] & ſtatuto tempore, ac loco oppor[tuno].

3. *Licitumne eſt aliquando duellum?*

Olim

Olim quidem apud Romanos licita ſere duella, publici ſpectaculi cauſſa exhiberi ſolita; verum poſtea cruenta illa ſpectacula ſuſtulit Conſtantinus Imp. & lege lata ſancivit, ne ulli omnino gladiatores eſſent. Vſurpata deinde iterum duella, non ſpectaculi gratia, ſed criminis purgandi, veritatis adſerendæ honorisque defendendi cauſſa, cum Longobardi in Italia rerum potirentur, unde origo duelli ſolemnis. Cujusmodi duella plerarumque gentium legibus ſub certis formis aliquando tolerata fuere. Extat ea de re apud Gallos Conſtitutio Philippi Regis anno 1305. Hodie vero omnia omnino duella illicita & prohibita non tantum Clericis, ſed & laicis, ſub gravibus pœnis.

l. unica C. De gladiat. penit. tollen.

De qua vid. Guid. Pap. qu. 617. & 6. ſeqq. toto h. t. c. 1. & 2. inf. De purgat. can.

4. Quæ ſunt pœnæ duellantibus impoſitæ?

Primo Efficiuntur irregulares, dummodo ſequatur mors, ſive victores extiterint, aut etiam victi; & ſive per ſe ipſimet pugnaverint, ſive pro ſe & ſuo nomine alium aliquem pugilem, introduxerint. Secundo Clericus duellum iniens etiam non ſecuta morte, aut mutilatione, de rigore juris deponendus eſt, beneficioque ſpoli-

c. 2. h. t.

ſpoliandus : quamvis cum tali poſt diſpenſari per Epiſc. Quæ facultas adempta Epiſcopis per Con. Trid. ex cujus decreto, ac poſteriorum Pont. Conſtitutionibus pleraque etiam alia hic immunita ſunt, & ſeverius punita duella. In Bojoaria hac de re habemus Edictum Principum noſtrorum an. 1620. 27. Feb.

d. c. 2. Seſſ. 25. c. 20. de reſerv.

TIT. XV.

De Sagittariis.

Qui & ars Baliſtariorum ac Sagittariorum cauſam homicidio præſtare ſolet, maxime ſi exerceatur, ubi quando & adverſus quos non oportet.

1. *Quis dicitur Sagittarius, & quis Baliſtarius?*

SAgittarius dicitur, qui ſagittas et arcu non quidem majori, ſed minori emittit : cujus uſus olim in bello fuit; & hodie etiamnum eſt apud Turcas, Sarmatas &c. *Baliſtarius* vero, qui baliſta utitur, quæ fuit machina bellica etiam Romanis uſitata, eaque major, qua ſaxa graviora & grandiora jaciebantur ad quaſſandos & evertendos muros.

2. *Quæ eſt pœna artem hujusmodi exercentium?*

Quod